



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2217. Markgraf Albrecht vereignet der Stadt Woldeck das Dorf Niendorf,
am 12. Juni 1298.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2215. Otto, Markgraf von Brandenburg, dankt dem Rathe zu Lübeck für die einigen Bürgern in Dömitz erwiesene Begünstigung, am 10. Juli 1297.

Otto, Dei gracia Brandenburgensis marchio, Viris prouidis et discretis consulis ciuitatis Lubicensis salutem et graciae sue plenum affectum. Vestre obinde maturitatis discrecionj, quod nostros ciues fideles et dilectos de ciuitate Domeniz infra scriptos, videlicet Johannem de Horne, Henricum Semeler, Ducem Albertum nomine, Walterum Vicken, Heynonem Vierecke et Papenpistele exempcionibus fideiussionum et debitorum solucionibus adeo fauorabiliter pertractastis, grates vbilibet referimus numero non complexas. Pro quibus vestris grata vicissitudine promocionibus insudabimus iuxta nostrarum virium potentatum. Datum Berlin, anno Dominj millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, in die Septem fratrum.

Aus dem Lübecker Urk.-Buch II, 77.

2216. Nicolaus Borko und Borko bekunden, ihre Lehne von den Markgrafen empfangen zu haben, im Jahre 1297.

Nos Nicolaus, dictus Borko, et Borko cum fratribus presencium literarum pagina protestamur, Quod a venerabilibus principibus dominis Ottone, Conrado, Johanne, Ottone, marchionibus Brandeburgensibus et de Lantzberg, bona nostra recepimus, que patres nostri et progenitores nobis hereditauerunt et rite et legitime possederunt cum omnibus finibus terminorum, quemadmodum antiquis temporibus habuerunt. Preterea promittimus antedictis dominis nostris marchionibus cum omni fide, dilectione et constancia fideliter deseruire nec ab eisdem vnquam nostro sincero seruitio in perpetuum separari, vt interveniente nostro fideli obsequio valeant nobis profectus et vtilitas generari. Vt autem nec nostra receptio bonorum nostrorum inuolabiliter perseueret, presentes litteras conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum anno domini M^o CC^o LXXXVII^o.

Nach dem G. Hum. Lehnscopialbuche II, 65.

2217. Markgraf Albrecht vereignet der Stadt Wolbeck das Dorf Niendorf, am 12. Juni 1298.

In nomine Domini Amen. Ad memoriam presentium et eternam notitiam futurorum nos Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus publice per presentes, quod fidelibus nostris consulis et universitati civitatis nostre Woldegk proprietatem bonorum ville Niendorp dedimus et presentibus damus, ita

quod eandem villam cum omnibus suis pertinentiis absque ulla prestatione et absque omni servitio libere perpetuo possidebunt. In cujus rei testimonium presentes inde confectas figilli nostri appensione iussimus communiri. Datum in eadem civitate nostra Woldegk, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, die divi Basilidis et sociorum ejus.

Aus Voll's Gesch. des Landes Stargard I, 331.

2218. Markgraf Albrecht beschenkt das Kloster Wanzka mit Gebungen aus verschiedenen Dörfern des Landes Stargard, am 24. Juni 1298.

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Nos Albertus, Dei gracia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus et in publicam noticiam devenire cupimus singulorum, quibus presentes fuerint recitate, quod attendentes vitam celibem sanctimonialium in Wanzik ipsarumque inopiam caritatis oculo intuentes, ne defectus necessariorum temporalium, sine quibus non potest fragilis humana condicio sustentari, earumdem mentes devocioni deditas aliquando retrahat a divinis, sed ut temporalibus adjute subsidiis cum graciaram actionibus corda frequenter dirigant ad eterna, ad laudem et gloriam Dei omnipotentis ejusque matris Marie virginis perpetue, ad salutem quoque animarum, nostre videlicet ac progenitorum, filiorum, heredum ac successorum nostrorum, dedimus sive donavimus eisdem sanctimonialibus in Wanzik presentibus et futuris ibidem centum talenta denariorum Brandeburgensium dativorum de censu nostro in villis subscriptis, die beatorum Phylippi et Jacobi apostolorum et Walburgis virginis annis singulis attollenda et justo proprietatis ac libertatis tytulo perpetuo possidenda. Summe villarum et nomina singularum sunt hec: Schonebeke solvit octoginta octo talenta cum dimidio, unde dabit dictis sanctimonialibus novem talenta tribus solidis minus; Ratey quadraginta sex talenta cum dimidio, dabit quinque talenta septem solidis minus, et de molendino tres solidos; Lyndow quinquaginta duo talenta, dabit quinque talenta et quatuor solidos; Boderechendorp vigintinovem talenta quatuor solidis minus, dabit tria talenta III solidis minus; Cublanc quinquaginta tria talenta cum dimidio, dabit quinque talenta et septem solidos; Jacik quinquaginta talenta quatuor solidis minus, dabit quinque talenta sex denariis minus; Eychorst quadraginta octo talenta cum dimidio, dabit quinque talenta tribus solidis minus; Glyneke vigintiduo talenta et septem solidos, dabit duo talenta et quinque solidos quatuor denariis minus; Werdelin vigintiduo talenta et quatuor solidos, dabit duo talenta et X solidos; Cuffow vigintiduo talenta, dabit duo talenta et III^o solidos; Doberchow quadraginta unum talentum, dabit quatuor talenta et duos solidos; Lowenhaghen vigintiquinque talenta, dabit tercium dimidium talenta; Helpede quinquaginta duo talenta cum dimidio, dabit quinque [talenta] et quinque solidos; Cobelink septuaginta quinque talenta cum dimidio, dabit septem talenta et undecim solidos;